

**Joannes Baptista Gramaye**

**‘Andromeda Belgica’**

Comoedia  
(1600)



Jan-Wilhelm Beck  
Institut für Klassische Philologie  
Lehrstuhl Lateinische Philologie  
Universität Regensburg  
Universitätsstraße 31  
93040 Regensburg  
August 2008

## Dramatum Personae

### *Primarum partium*

Andromeda	Belgica
Cepheus	Status Belgici
Cassiope	
Perseus	Albertus
Pegasus	Isabella
Phineus	Provinciae rebelles

### *Secundarum partium*

Familia Cephei	Vulgus Belgicum
Iupiter	Deus
Minerva	

### *Nereides*

Driope	Mars
Galataea	Daemon
Dotho	Discordia
Doris	Haeresis
Cymodoce	Paupertas
Ammon	Iustitia

### *Phorcides*

Sephredo	Caletum
Enyo	Ardrea
Medusa	Hulsta
	Accessoriae
	Veritas
	Pax

<Famuli duo>

<Batavus>, <Sycamber>, <Confoederati>

<Tubicen>, <Ministri>

<Chorus>

## Prologi Genus Systaticon

Salve ruentis spes suprema BELGII,  
Illustre par. salvete soles, queis venit decus,  
Venientibus pulsa dies caligine.  
Salvete generis inclytum AVSTRIACI,  
ALBERTE ET ISABELLA, Caesarum genus, 5  
Regum propago; quos modo veteri novos  
Brabantia DVCES nominavit nomine.  
ALBERTE salve, quem ex patrono patria  
Vocare voce propria incipit Patrem.  
Salve ISABELLA, quam levandis BELGII  
10 Servavit unam regius rebus Pater,  
Pater utriusque magnus orbis arbiter.  
Queis gaudii testem sui LOVANIAS  
Dicatque dedicatque FALCO comoediam.  
Et vos Duces, Comites, Barones, Nobiles;  
Provinciarum decora, splendor BELGICAE, 15  
Quorum sinu, velut nutricis pusio,  
Educta et educata, gaudet se DVCIS  
Iam posse firmato sequi gradum gradu.  
Tuque Grudiae senatus urbis inclyte,  
Cuius sub alis FALCO generosus latet; 20  
Omnes deinde, quos ab opere scaenici  
Se confitentur evocasse serio,  
Salvere, gratos esse et advenire vult,  
Qui in rem suam me misit oratum editor,  
Aequam rem ut aequi consulatis et boni. 25  
Quae si placere non valebit, at minus  
Placeat placendi studium. at ecce, iam venit,  
Qui narret argumentum: ad hunc advertite.

5

10

15

20

25

## Exemplaris Dramatis Argumentum

### Andromeda

And. Andromeda ego sum, Cephei clarum genus;  
Phineus procus, Cassiope erat parens mihi,  
Parens sui nimium decoris prodiga. 30

Superare se prolem putabat Nerei;  
Putabat, ut dixi, decoris prodiga.  
Hinc caveat, admiretur ullus, protinus  
Si viderit vinctam, parentis ob nefas.  
Neque tamen animum quispiam despondeat  
Fore, ut paratis praeda fiam piscibus;  
Nam liberabor, victor Inachides erit.  
Nec hoc satis, sibi nuncupabit coniugem. 40  
Frustra Phineus nitetur et nunquam volet  
Nisum fuisse, cum ceciderit, stupuerit,  
Riguerit in saxum; omnia haec videbitis,  
Spectabitis cuncta. sed et egomet rem meam  
Agam; quam ut agerem et istiusce pars forem  
Communis omnium boni, tumulum hodie,  
Quem apud Aethiopas inhabito, deserui lubens. 45  
Advenio; vos casus meos, vitam meam  
Et sortis incertas vices dum cernitis,  
Linguis favete, animis favete et auribus.  
50

## **Alterius Dramatis Argumentum**

Belgica

- |       |  |   |
|-------|--|---|
| Belg. | <p>Meminisse transitis doloribus iuvat,<br/>     Proverbio docemur, et sic res habet;<br/>     Nam memor eorum, quae tulit animus, placet<br/>     Sibi, hinc mihi cum redditia videar et meis,<br/>     Faelicitatem cum novo sub DVCE novam<br/>     Contempler, iterum me futuram, quae fui<br/>     Quondam, satis praesagiens. sedet animo<br/>     Tibi, popule mi, a capite fortunas meas<br/>     Relegere, quibus ALBERTVS et clara ISABEL<br/>     Finem dabunt, ut hisce visis gaudium<br/>     Accrescat et caveatis icti, quos semel<br/>     Immersit istis trux voluptas Syrtibus.<br/>     Ergo et oculos arrigite et aures et animos:<br/>     Illisce in aedibus habitu, hoc aequor, cui<br/>     Dudum innatatis et prope absorbemini,<br/>     Vos unde meque Dux reducet AVSTRIVS.<br/>     Haec, quam procul videtis, est Hollandia,<br/>     Vbi eius affectae et patroni et complices.<br/>     De queis quid augurer, quoque hic spectabitis.</p> | <span style="font-size: small;">55</span><br><span style="font-size: small;">60</span><br><span style="font-size: small;">65</span> |
|-------|--|---|

And.	Quid enim hoc rei? minatur actor exitum Noster. age, sive Diva sive Nympha sis, Morare tantisper: ego ut augerem mea Inauguratum principem praesentia Tuosque plausus auctiores redderem, Tantas locorum temporumque periodos Emensa, tandem in hoc steti volens loco. Ipsa prologum egi, cuncta dixi, quae modo Praescisse cunque deceat hoc in dramate; Neu me repelle, ne repulsae sit pudor.	70
Belg.	Sibi quisque melius esse mavult quam alteri Et tunica proprietor pallio, vox est vetus. Ego quid velim, audisti satis; dixi satis, Nec Belgio primus peregrinae locus Patet, remotae tempore, patria, loco. Idcirco, ne loquacitate se tua Tristetur actor noster impedirier, Tace; tacendo quod libet, licitum puta.	80
And.	Duobus e malis legendum esse optimum Dici solet proverbio. parata ego, Parens paratus et familia dicere; Silere iussis convenit silentium. At interim, fecisse ne videar nihil, Me intro recipiam et imperabo scaenicis, Taceant, meis, vivaque quid conceperam Voce agere, gestibus tacendo prosequar.	90
	Interim oculos satiate et aures pascite; Ne sibi suum detrahier hoc in dramate Nostro querantur munus, audiant chorum, Ad cuius ibit nostra numeros actio. De caetero silentio huic ignoscite,	95
	Ne dum imperata facere contendo lubens, Aut imparata aut imperita censear.	100
Belg.	Advenit opportuna, quam vidistis hic, Andromeda; cuius cum recolligo vices, Casus mei videor videre imaginem. Dicetis et idem, si modo hoc advertitis.	105

## Chorus Actus primi

## octo musicorum bifariam partitus

### *Ode rhythmica*

*Prodit Cassiope et cum ea liberi, coniunx, familia. Cassiope consulit speculum superbium. reicit prae se Nereides. Nereidum arae imponitur. familia ei sacrificat. cum choro cedunt actores proscaenio.*

- Ch. O forma, species et decor!  
Luctusque luxus immemor,  
Timoris o expers tumor!  
Cui cesserit Charitum chorus,  
Cui cesserit veniens Venus,  
Non cesserit Nerei genus?  
Nomina maris, non numina:  
Vaga, vana, varia nomina;  
Nomina maris, non numina.  
Vivat propago Cephei,  
Cedat propago Nerei,  
Cassiopea mare forma vicit.

## Actus primus

<i>Belgica transacti deplorat temporis annos; Vnicuique solet sors gravis esse sua.</i>	119-137
<i>Et genus et proavos et, quae non fecimus ipsi, Flacco Authore loquor; vix ea nostra voco.</i>	138-161
<i>Sortis opes et opem et, quae non quaequivimus ipsi, Vt genus et proavos, vix ea nostra voco.</i>	162-185
<i>Belgicus ille Leo, Deus esset, si modo posset. Miramur, brutum si ratione caret?</i>	186-209
<i>Dives opum, dives populi vult dives haberit; O bene prospectum furibus! ista sciant.</i>	210-231
<i>Ditis opes, humanus honos et bruta libido, Haec tria pro trino plebs colit ista Deo.</i>	232-254
<i>Belgica praeterito quid agendum tempore censem, Censeat illa olim sic sapuisse Phrygas.</i>	255-276
<i>Dux Rex esse cupit, Rex appetit esse Monarcha, Sic nulli satis est, dans Deus aut bona sors.</i>	277-293
<i>Divitias dedit utendas Deus, ergo fruamur; Scilicet haec ratio nil rationis habet.</i>	294-315
<i>Vis, petis unum illud; quod vult, petit una voluptas. Proh, paenitere quanti emis!</i>	316-339
<i>Aut Epicuraeos sectatur Belgica ritus, Aut Epicuraea est ipsamet aut magis hoc.</i>	340-359
<i>Blanda tibi Circe trivenefica vina propinat, Cruda sed in dulci melle venena latent.</i>	360-382
<i>Belgica terra potens et habetur et est; erit hora, Dicere quo nequeas, Belgica terra potens.</i>	383-403

## Scena prima

Belgica, Status uterque

Belg.	Vt misera res est esse servum, liberum Non esse, misera miserior Fuisse, sed non esse, sed miserrima Nescire et esse liberum. Quippe omnibus molesta servitus, huic Iniuria, illis iure fit. O male beatos, queis obest noverca sors! O male beatos, queis obest	120 125
-------	---	------------

Imbellis aetas! et comes pueritiae, Puerilitas! quid enim alio, Quam Phrenesis in quos saeva saevit, sunt loco? Sunt, immo habentur. quid aliud,	130
Quam bruta caeco provehuntur impete Obiecta visu per sua?	
Olim mihi cum prima vestiret genas Lanugo caelibes, puer	
Pueriliter tuebar ornatus meos Dignosque purpura Duces.	135
Quot Caroli? quot sum Philipporum memor? Novistis Heuricos, sed et	
Si prisca iuvat annalibus duci meis Ducum virorum nomina,	140
Adeste Pipini, Ioannes; vos voco, Qui me tot ante saeculis	
Dotastis infantem meaeque nesciam Faelicitatis. rem meam	
Mirabar adspectans nec admirarier Praeter vagumque cernere	145
Noram. sed ut primum verenda serpere Maturitas et compotes	
Sui dies imbuere caepit spiritus Robustiores suscitans,	150
O quanta, quanta video visa non prius! Terram novam mihi videor	
Videre, terra me viderier nova. Qualis fui, fui? at fui!	
Sum dives, ignoro. potens sum, nescio. O liceat e vestigio	155
Libare et ablui et simul demergier Amni, abluendis quem bona	
Oblivionibus genuit antiquitas. Moriar, nisi mori mage velim	160
Quam in paenitendas ruere paenitundines; Peream vel irascar mihi.	
Iam video, quale longa simplicitas iugum Iniecerit dominae mihi.	
Vah, impotentem et imparem tantis bonis! Vah, parvi animi animam mihi!	165
Stat. I. Erigere, nata, nata magnis imperi Rebus; novos animos face.	
Ignava quid si, ignara quid si foveris Incuriae vecors malum,	170
Neu patere neu despici patrias habe Dux iure regales suo.	

- Nec tibi potens gaza Corynthus nec tibi  
 Aemula Latini nominis  
 Carthago nec, quam riguus Euphrates secat, 175  
 Antiqua Babylonis domus  
 Restiterit, opibus praeliandum si siet.  
 Sed quid tenemur urbibus?  
 Augustiore improvidentes claudimus  
 Augustiora limite. 180  
 Illa, illa opum, quas omnis orbis congerit  
 Italia gurges, cesserit;  
 Nec Lydia Craesi nec PHILIPPI Hispania.  
 Hermo illa dives, haec Tago  
 Aurique faelix in fodinis India 185  
 Et, si Macaria quo est loco.  
 Alios sterilitas et propinqui syderis  
 Molestat aestus, invias  
 Alibi tremendus inficit serpens vias.  
 Verus alibi exulat Deus, 190  
 Alibi fides, alibi boni mores eunt  
 Pessum, nec ulla, quae suo  
 Fortuna praesens caret infortunio.  
 Tibi omnia uni competit.  
 Tibi omnia uni possiderier est datum, 195  
 Quae singulis dat singula  
 Natura melior vel manu parca Deus.  
 Tibi cuncta, foecundum solum,  
 Caelum secundum, verus in populo Deus,  
 Relligio vera, quique et hanc 200  
 Deceant et illum candidi mores, probi  
 Amabiles, affabiles;  
 Plane ut nihil supra vel optari queat.  
 Generosa generosam decent;  
 Qui gesserit se pro ovicula, hunc mandet lupus. 205  
 Huc usque numeras inclytos  
 Duces; sed hi, qui iura Regibus dare  
 Non erubescant, quid moror?  
 Nunquid dedistis, o Ducatus Belgici?  
 Nunquid Brabanto militi 210  
 Porrexit herbam sceptrigera Regum manus?  
 Audite, totiens Belgici  
 Et bellici toties Leonis unguibus  
 Protrita aduncis lilia.  
 Cuius etiamnum pavidus horrescit iubar 215  
 Imae colonus Franciae;  
 Cuius cicatrices loquentur posteri  
 Vncosque damnabunt pedes.

Sed quid tuas recitare vires concipit Animus parum praesens sibi? Quam dissimilis es similium Ducum tibi! Quam dissimilis es similium Tibi! usque adeo dici nihil vere potest Superare, quin superaveris.	220
Equidem reor certasse Divos cum sua Natura in una hac principe Et, quid queant vires periclitari, Statuisse.	225
Stat. II.                   mens eadem mihi, Eadem tibi.	
Stat. I.                   quid ergo degener stupes? Cum te beatam scripserit Deus, quid humilem stulta desperis locum? Quasi quid datori gratius Siet, beneficii quam memor animus dati.	230
Belg.                     Beatitudines meae Me praeter hactenus fuere meaqueae, quae Virtus patebat omnibus, Me latuit, ignaram potentes fingere Rebus secundis spiritus. Simplex, humilis, abiecta contentaque meis Superos colebam, sed modo Potentiam videns meam, prudentiae	235
Fidens: valete simplices Infantiae, nuces valete et impotens, Quique puerum sapit, animus. Tandem esto tempus, convenire tempori, Quod sapere sapientes docent.	240
Recolo dies prioris aevi, paenitet; Annos aviles, et piget. Lustraque parum illustria - tacebo saecula Ita caeca - reminisci pudet.	245
Stat. II. Taedet dierum, saeculorum paenitet Probe quidem, sed et modo Faelicitatem agnosce gratior tuam, Extolle cristas.	250
Stat. I                   memoriam Duc in priora gesta; ut a cunabulis Et ungue primo splendide Factis merueris indies augerier, Opibus, honore, potentia. Primo numerus eras et absque nomine Vulgus, BRABONUS haud tulit Et principem te nuncupavit, nec satis	255
	260

Ille CAROLOMANNO Patre  
Claro PIPINUS clarior BRABANTIAM  
Dici Ducatum censuit.  
Anni ducenti, quid? ducenti et amplius,  
Ex quo DUCATUS es; manes  
Ducatus et, quae saepe Reges subiugas,  
Reges regens regno cares.  
Quibus abdita oris torpet illa pristina  
Virtus? o immemores opum  
Belgae suarum! quin Venusino canam  
Cum vate, peior est avis  
Aetas parentum, nequiores adiicit  
Nos postera dies degener.  
Sed sat querelarum superque, rem decet  
Alio parasier modo.

## Scena secunda

Belgica, Status duo, Famuli duo

Stat. I. suamque sceptrum quo diu  
           Domina voluptas asseclam  
           Insigniit.  
 Fam.      dictumque factumque, en, tibi.

### Scena tertia

Belgica, Status <duo>

Stat. I.	Cingere beatam fronde frontem Regia, Latiaque concordes fide Virginea velent nationes tempora. Monile gemmis turgidum Potente cervicem premat fastu tuam. En sceptrum, habenas luxui Laxa, voluptatum serena tristibus Praepone curis tempora. Dux es diu; Regina quin sis, quid vetat? Sepone cultum simplicem Pallaque conside celebris aurea Mundumque circumspice tuum. Quid enim aliud Regis Polesiao dedit Insigne? opes dedere: sunt Et tibi potentia in metallis scrinia; Pede tu tuo metire te.	295
Belg.	Metiar et excelso astra feriam vertice. Agite igitur genus meum, Gens mea: veteranum pellite, expolite vos, Servite genio, luxui Operam date; et, quae temporis prisci solet Comere tyrannos purpura, Gemmae, smaragdus quosque in eois legunt Ripis lapillos accolae Aut quos Ibero fundit alveo Tagus Hermusque dives fulvaque Pactolus irrigans arenis germina, Vestes colorent Belgicas. Quique hactenus mercator assolet improbo Sudore emere, quae victui Subserviunt, iam ferietur et bonum Securus operetur diem;	310
	Et quisque splendidos dynastarum dies	320
		325

	Regumque luxus ambiat. Audite facundamque foecundamque me Videte, fonte e lympido Haurite rores saturitatis, o mei Proceres; avita servitus Mulctetur exilio, diesque candidi Plebem sequantur liberam.	330
	Proiicite amictum et obsoletas indigae Vestes necessitudinis, Symbola tot annis usitata, Regiam Vestite vestem, simplices Calcate nodos, aulicos sapite modos. Raris abusus crebrior Sit margaritis, multus auro sit locus.	335
	Plane ut peregrina hospites Tellure Belgas vel Deos vel Diis putent Viciniores, vos quoque, Famuli, alios induite mores et situ Posito referte Belgicas	340
	Opes.  Fam. situm reponimus.	345
Fam. I.	quam nunc ego Sum aliis ab illo, qui fui, Cum simplices in honore mores maximo Starent, vigerent, viverent.	
Fam. II.	Pudeat, quod opibus iam tot annis inclyti Ita desides, ita resides Egerimus; at iam tempus ad lusum vocat Luxumque et ignotas iubet Noscier opes.	350
Stat. I.	o improbo satos Iove! Quibus negarunt Dii bonos Annos boni.	355
Stat. II.	mortalium pre caeteris Belgae beati! alios premit Iniuria Gradivi manus, alios secat Praecepis tumultus, et alios Fortuna ludens recutit et quatit ut pilam. Nos firmiore tutius Aevum loco trahimus citra ullos turbines, Extra tumultus impios.	360
Belg.	Hinc inter omnes nata gloriosior Ego nationes emico. Hinc iure, quae fama supra homines ierim, Adscribor astris et Deo. Cum fastuoso celsior fastigio	365

	Subiecta despiciam omnia Omniaque respiciam, offeram populo meo Securitatis poculo Haustos liquores, qui dolorum tristium Obliviones ingerant. Cratera, famuli, porrigite.	370
Fam.	iussu tuo.	
Belg.	Haurite sitis hoc merum, Hoc bibite securique vitam vivite, Timoris expertes vagi.	375
Stat. I.	O quanta dulcedo! recessit pectore Amaror et maeror meo.	
Stat. II.	Nec nectar huic nec Attico dulcedinem E melle natam praeforam. Vivamus ergo caelitum vitam in solo Curaque posita incuriae Navemus operam.	380
Belg.	taedium quidquid parit, Facessat hinc; quin si Dei Modesta sit cui molesta servitus, Facessat hinc. agamus in Bonis bonum a Deo datum tempus, bene Epulemur et solidos dies Cum ter serenis auferamus noctibus, Fallamus horas praeepetes.	385
Fam. I.	Vivamus et bibamus et genio bono Indulgeamus; scilicet Illud, tot annis quod rudes negleximus, Hebetes quod ignoravimus.	390
Fam. II.	Vivamus et bibamus et genio bono Indulgeamus, dum licet; Et, si quid hactenus per ignorantiam Omisimus, praeteriimus, Nesciimus, illud recuperemus, est decens, Patenas teramus et cyphos.	395
	Vivamus et bibamus et genio bono Indulgeamus, dum licet.	400

## Chorus Actus secundi

Echo

*Perseverat in superbia Cassiope. Nereides opem Deos rogant et ulciscendi copiam. cum tonitru Iupiter prodit votis subscribens. Ammon funem Nereidibus porrigit ad affligendam Andromedam. rapitur Andromeda. parentes frustra vindictam deprecantur. constricta alligatur Andromeda scopulo. parentes re infecta tristes Andromedam deserunt cum choro recedentes.*

Ch.	Spiras verba sonora Et pergis tollere cristas, Cassiope Cephei. Contempti numina ponti Nereides plorant, Vlcisci posse laborant, Vindictas quaerunt. Coelum non clauditur usque. Ipse viam Iupiter monstrat. Venit pede recto Contempti propago maris. Rapitur tibi proles, Cassiopeia. Deas frustra flexisse laboras, Frustra quaeris uterque moras Constrictaque frustra Niteris ire foras. Tenduntur brachia caelo. Nata et uterque parens Miscent clamore querelas, Nereidum frustra Tentantes corda movere.	honora istas hei  orant orant erunt  auditur usque iter monstrat erecto aris  o paena oras oras  oras o  helas  o vere	405 410 415 420 425
-----	---	--	---------------------------------

## Actus secundus

### Interventu Dei et Furiarum

<i>Eumenides infra, supra Dirae, hic Furiae sunt. Omnes in unam nempe conspirant scelus.</i>	426-442
<i>Dum parit immemores patris indulgentia gnatos, Iustitia indignans, ‘heus’, ait, ‘heus, satis est.’</i>	443-466
<i>Astra regunt terras, terras Astraea gubernat; Hinc forte ab astris nuncupata Astraea sit.</i>	467-483
<i>Non dixit male, qui dixit, ‘patientia laesa Fit furor’; exemplum, si dubitatis, adest.</i>	484-502
<i>Quaeris, pauperie cur Belgica squaleat ima? In promptu causa est: dives et alta fuit.</i>	503-518
<i>Enervis cur sit Leo Belgicus aut sit inermis, Si roger, hoc dicam: Lysimachum reperit.</i>	518-533
<i>Cur posito graditur tremebundus pene? repressas An meminit, dum sors erigit, esse iubas?</i>	534-552
<i>Terra beata fui, nunc quid sum? nescio, tantum Hoc scio: quod puduit me meminisse, fui.</i>	553-568
<i>Magne Deus, fer opem, ne semper dicere cogar: ‘Terra beata fui.’ magne Deus, fer opem.</i>	569-574

## Scena prima

**Daemon** *Invidiae dente armatus, Mars sanguineo Bellonae flagello*  
**Discordia** *Doli laqueis, Livoris thorace, facibus, Deus*

- Daem. Ergone sic solito orbatus diademate deses  
Deliteo? veteresque negabunt vincla triumphos?  
Siccine me fastus et amor sceleratus habendi  
Ludere? sic nostros flamma damnanda perenni  
Luxuries, nostros nequicquam fugerit ausus? 430  
Comtemptusque Deum iunctoque opulentia fastu  
Ibit inulta mihi? quibus abdita torpet in antris  
Nunc tua, nunc vindicta, Deus? quin rumpitur aether,  
Sulfureos superis iaculatus ab aedibus ignes,  
Extorresque premit, reflui qua maximus Atlas 435  
Marmoris errantes ferit importunior undas?  
Aut ubi serpentum domus est, ubi nascitur Auster  
Aëria de rupe tonans, ubi, maxime Divum,

	Nunc tua iustities latet? en, uti BELGICA cristas Tollit et immemores pietatis transigit annos. Nos sine, iuste, tuos, Deus, ulciscamur honores.	440
Mars	Vsque adeo indigno vincimur compede? terrae Indigetes sceleri cumulant scelus inque Deorum Iura profanatis bacchantur vocibus. ecce, Belgica contemptrix pacati numinis omne	445
	Irarum in se vertit onus; tandem, optime, tandem, Fac, discat, quid sit superos lusisse faventes.	
Disc.	Hei, memor esto tui, Deus, et permitte rebelles Vltricem sentire manum et nos carcere tristi Expedias et ab hoste tibi secerne fidelem.	450
Deus	O homines nimium brutae feritatis amantes, O nimium iusti pietate parentis abusos! Quo ruitis? quo prava rudes oblivia cogunt? Nescistis superesse Deum, quem vasta solorum	
	Machina caelestesque animae et nocturna verentur Sydera? vivit adhuc mundani criminis ultrix	455
	Dextra potens; vivunt, qui prostravere catervas, Senacherib Chaldaee, tuas. manus ulta Cainam	
	Iessaeumque Ducem superat, nec nostra timetis Fulmina! fortunas tibi largior, o infelix	460
	Belgica, non sensu, quo nos furiente lacessas, Verum ut Divorum memor aras thure Sabaeo	
	Impleres et grata fores; tu vero profana Bellua neglecto mentiris numine fastum.	
	Idcirco ablatis, irritamenta malorum	465
	Quae tibi sunt, opibus, Stygiis eris improba monstris Praeda, omnes in te Furias pauperrima mittam.	
	Disces, quid Divos siet irritare faventes.	

## Scena secunda

Deus, Iustitia

Deus	Tu modo subiectas, Astraea aequissima, terras Ingredere et vinctas TVRBARVM in MARMORE pestes Iussu solve meo; dic, BELGICA praedia MAVORS	470
	Depopuletur, et huic PAVPERTAS indiga, tristis Esuries et cruda Sitis comes esto caputque HAERESIS implicitis nimium insignita colubris DISSIDIQVE malum et Discordia pectora vulgi,	475

Deinde LVES aliae: discat spoliata decore  
 Terra proterva suo, quid lascivire superbae  
 Profuerit; celeres refer haec mea dicta per auras.  
 Iust. Exsequar extemplo, Divum Pater atque hominum Rex,  
 Solvere permittente Deo stirps nata decorum,  
 Vlcisci ad mandata homines. 480

### Scena tertia

Iustitia, Mars, Discordia, Daemon

Iust. tu, bellice princeps,  
 Belgiacos invade lares pacataque turba  
 Praedia, fac populos in paupertate negatum  
 Divitiis agnosce Deum.

Mars te digna Deoque  
 Suggeris, o Astraea; Dei parere paratus 485  
 Te sequor obsequio, rapiam, quemcunque superbae  
 Ornatum peperistis opes, parvoque potentes  
 Non expectatis onerabo caedibus agros.

Iust. Et tu, sanguinea gliscens Discordia taeda,  
 Haeresis atra parens, scissum in contraria vulgus  
 In sua coge trucem convertere viscera dextram. 490

Disc. O nunquam ante hac vox optatior! o mihi gratus  
 Nuncius! auritas quam pronus verberat aures.  
 Efficiam placidas Nymphae turbare quietes  
 Vnitumque gregem.

Iust. et tu, nigri bellua Ditis,  
 Fac comites animare tuos, tentantibus urge  
 Insidiis pressam scelerum caligine plebem,  
 Vlciscente Deo.

Daem. factum curabo. 495

## Scena quarta

Mars, Discordia, Daemon

Daem.	sodales,	
	Aspicite, ut fulvo sedeat sublimis in ostro	
	Gemmis Dalmaticoque nitens, bona Diva, metallo.	500
	Aspicite, ut nihil eventus praesaga futuri	
	Aut edat aut bibat aut utramque indormiat aurem.	
Mars	Consiliis opus est, quanam ratione modoque	
	Claudamus stricto male cautam compede Nympham.	
Disc.	Hoc opus hic labor est: viden' haec spirantia turbas	505
	Aequora? confusumque chaos? medioque minantem	
	Triste freto scopulum? cui nomen nascitur e re	
	Impietas.	
Mars	video.	
Disc.	divinae funibus irae	
	Hoc illam astringam scopulo; sit nempe parato	
	Praeda parata mari, sic stat sententia.	
Mars	mentem	510
	Amplexor, germana, tuam. rapienda sed ante	
	Aurea Luxuries et fastus causa supellex.	
Disc.	Sic decet; aggredior. tu me, fac, passibus aequis,	
	Mars, imitere.	

## Scena quinta

Mars, Discordia, Daemon, Belgica, Paupertas, Haeresis Septiceps

Disc.	agedum, quae prodiga sede quieta	
	Iam frueris, mihi cede locum, mihi cede coronam.	
Belg.	Illa etenim vis est! mea sint mihi, cur tibi cedam?	515
Mars	Sunt nostrae, bona Diva, vices.	
Daem.	depone superbam	
	Luxuriem sceptrumque potens mihi cede.	
Mars	monile	
	Esto meum.	
Paup.	mea sit vestis.	

Belg.	quisnam ille furentum	
	Est modus! heu, saltem, si fas, audite loquentem.	520
	Dicite, qui genus? unde domo? quive estis in armis?	
Paup.	PAVPERTAS ego sum.	
Mars	MAVORS ego.	
Disc.	et HAERESIS haec est,	
	Haec mea progenies; ego sum DISCORDIA.	
Daem.	nostis	
	Me, credo, et, quis sim, loquitur mea vestis.	
Belg.	eheu me	
	Infaustum! dirrepta gemo, cognosco priusquam	525
	Raptore infesta meos.	
Mars	iam, Diva, triumpha.	
	Vtere libertate tua nec abutere.	
Haer.	regni	
	Consortem me scribe tui, Regina, triumphans.	
Belg.	O etiam propriis spoliabor gentibus? o quam	
	Contentam propria satius statione fuisset.	530
Disc.	Iam ne laxa nimis nimiumque effrenis et effera	
	In libertatem subito solvaris avitam,	
	Hoc te constringam liberrima compede, virgo.	
	Affigam scopulo, pecoriique optata marino	
	Esca erit.	
Belg.	o vere libertas optima primo,	535
	Libertate perit; iam sera indagine cerno	
	Saepius aëriam ventis agitarier ornum	
	Et summos quatere importuna tonitrua montes.	
	O rerum fortuna potens, quam sedula volvis	
	Ter volucrem, quam infida rotam? modo culmine summo	540
	Subiectas multa gentes in pace tuebar,	
	Diva vocabar, honorato gradiebar in ostro;	
	Attalicas modo opes Iri variavit egestas.	
Mars	O quantos mea dextra tholos, quam grande trophyum	
	Constituet. heus tu, Paupertas indiga, fida	545
	Sis comes haerenti Nymphae.	
Disc.	tuque, Haeresis atrox,	
	Custodi, velut ipse lupus consuevit ovile.	
Daem.	Vt nunc ridet anus, modo quae Venus esse volebat.	
Mars	Dic ubi divitiae? tua sunt ubi scrinia gemmis	
	Turgida?	
Belg.	sicne etiam luctu deludar in isto?	550
	Gens inimica male insulat mihi; parcite, Divi.	
	Sic medio, media infaelix in agone relinquor.	

## Scena sexta

### Vterque Status

- Stat. I. O sobolem infaustum, quam sic ferus obruit hostis!  
 Stat. II. O gemitus, nequeo verbis concepta profari.  
           O nova tristities, securae pectora turbae                         555  
           Obruis.
- Stat. I.           ergon' adhuc candens portendet amictus  
           Laetitiam?
- Stat. II.           procul, o plausus.
- Stat. I.           procul este, choreae.
- Stat. II. Ite et vos pessum, Circeae pocula fraudis.
- Stat. I. Ecquid profuerit paucos faeliciter annos  
           Transigere? extreum scabies, viden', occupat.
- Stat. II.   at iam                 560  
           Delicti memores nostri decet esse; petit de  
           Sontibus ille Deus paenas et crimina punit  
           Perpetrata prius. serva, Deus optime, serva,  
           Eripe membra fuga et mediis nos eripe flammis.
- Stat. I. Effugio.
- Stat. II.           fugio.

## Scena septima

### Belgica et Discordia

- Belg.   565  
           miseram me scilicet! olim  
           Regum cura fui, partem voluere coronae  
           Augusti me, me esse suae; nunc deseror et, cum  
           Nubila succedunt variatae tempora sortis,  
           Nemo adiutor adest, premor et pene opprimor! eheu!
- Disc. Macte animo, comites, ventis agitate furentem                         570  
           Oceanum, veniant ad saxum squammea ponti  
           Agmina monstrosique greges et, si qua profundo  
           Monstra sinu Neptunus alit, Cephalique Gruesque  
           Phisiter ignivomusque Draco capitosaque Caete.

## Chorus Actus tertii

### Dialogeticon

<Andromeda, Iupiter, Perseus, Phorcides,  
Minerva, Cepheus, Cassiope>

*Deprecatur.*

And. Iupiter, Andromeden insontem respice clemens 575  
Et miserae miserere pius.

*Annuit.*

Iup. scelus esto sat ultum;  
Audio vota, preces exaudio. labere, Perseu.

*Demittit.*

Vltor inane seca, discant torrentia terras  
Monstra, tibi summo quod sit genus a Iove summum.

*Devolat.*

Pers. Pareo, magne parens. quae forma bicorporis umbrae 580  
Claudit iter?

*Offendit.*

Phor. uno sunt lumine Phorcides.

*Eas submovet. caput praescinditur.*

Pers. atqui  
Haud impune quidem tangat mea Phorcidas Harpe,  
Ista Medusaeis sopitos crinibus angues  
Angat saxificumque caput cervice revellat.  
Vi via facta, sed haec restant freta.

*Datur.*

Min. Paegesus ales 585  
Te vehat.

*Solvitur.*

Pers. o istis nequaquam digna catenis  
Solve, o Andromede. nequicquam bellua saevit.  
*Caetus confoditur. excipiuntur reduces et praeeunte paranympho cedunt proscenio.*

Ceph. Salve nata.

Cass. gener salve.

And. salvete parentes.

## Actus tertius

Interventu Alberti

<i>Transita tecta optat pluvia cogente viator, Belgica neglectum sorte premente Deum.</i>	589-607
<i>Orat homo exoratque, audit Deus exauditque: Tum tantum quantum, tum toties quoties.</i>	608-629
<i>TV Liberas aras tVba      (Anagram.) DIgnVs, arae qVeM tVeantVr, heros.</i>	630-650
<i>Munitum ense latus, galea caput, aegide pectus: Quis non haec timeat, quem tamen haec timeant?</i>	651-668
<i>CaLetVM AprilI, IVnIo CadIt Ardrea faeLIX; HVLstea seXtILI prosperiore CadIt.</i>	669-681
<i>QVando dVCI Alberto CadIt HVLst&lt; a &gt;? a VIrgIne partV LVstra triCenta, deCeM, ter trIa et annVs erVnt.</i>	682-701
<i>Mente valet simul atque manu Dux; scilicet hoc est, Virtute illustrem verius esse sua.</i>	702-723
<i>Regia Caesareum, Germanum dicit Ibera, Austriaca Austriaco, Dux data nupta Duci.</i>	724-746
<i>I, Fama, et dic: Belgium amat regnator Iberi Nominis, ille cui mundus uterque subest.</i>	747-768
<i>Isabel absentis certissima Patris imago; Ille fuit Patria, fit Patria illa parens.</i>	769-788
<i>Prosequitur pleno Deus exoptata favore Gaudia, iam surgit spes libertatis avita.</i>	789-795

## Scena prima

Belgica, Deus

Belg.	<i>Respice, magne Deus, tot toties ovem Obiectam tiigribus unam;</i>	590
	<i>Respice, magne Deus, laniatos Inhonesto vulnere crines.</i>	
	<i>Me sitis atque infamis egestas, Opis auxiliaris egentem,</i>	
	<i>Opprimit. heu, tandem satis esto Vltum scelus; hei, satis esto</i>	595
	<i>Annis punitam esse triginta, Annis punisse triginta.</i>	

	Squaleo paribus posterior meis; Nec tantum suppetit ultra, Vt valeam succendere divis Sacros altaribus ignes. Si delubra Dei deserta Donis cumulare pararem, Hoc sublata vetat libertas.	600
	Ego compede vincta tenaci Intra angustos cogor terminos, Atheus mea templa subintrat. Vlteriora dolor prohibet. me Si quis conspexerit ante,	605
	Esse negaret eandem BELGICAM. Miserae miserere benignus. Quin scelerum si tanta meorum Est copia, quae misereri	610
	Impediat, saltem confunde Iuratos numinis hostes. Fac, antiqua suis sua templis Contempler munera rursus.	615
Deus	Ploratus, o nata, tuos tandem audio, flentem Et resipiscentem clemens exaudio votisque Indulgens subscribo tuis. qui carcere solvant Lugentem referantque in liberiora solutam, Saepius emitto; sed te omni solvere vinclo Plusquam opis humanae est: mittetur ab aethere summo ALBERTVS, cui stemma potens a Caesare magno,	620
	Qui veterem augustis numerans a Regibus ortum Par generi successit honos; ille unicus, ille Augusto monstrans divinas pectore dotes Restituet certam tibi, BELGICA diva, salutem.	625

## Scena secunda

Deus, Albertus

Deus	Heus, mea progenies, ALBERTE, et feminis Austri Gloria.	630
Alb.	ad obsequium, Deus optime maxime, coram Asto tuum.	
Deus	nosti, specioso Belgica quandam Insignis titulo, iam multo tempore paenas	

	Expendit scelerum me dissimulante suorum. Tempus adesse puta, quo sim bonitatis amicæ Iustitia ulciscente memor. tot fortia bello Corda virum Belgis iussi superesse regendis; Hi facilem stravere viam, sed nemo supremam Imposuisse manum potis est. tu numine dextro Aggredere hoc, quod cernis, opus vinctamque resolve Effrenemque doma populum terramque rebellem Imperiis constringe tuis. preme CASSIDE crines, Quam generosa dabit PRVDENTIA; terreat HARPE Hostilesque terat nitus, qua maximus olim CAROLVS ignotum divus penetravit in orbem.	635
	AEGIDE, quam PIETAS tibi sufficit optima, pectus Fac firmare tua SPECVLVMQVE superstitis aequus Consule IVSTITIAE.	640
Alb.	menti pro parte virili Divinae faciam satis; hoc tamen, hoc precor unum, Vt tua certantem manus erigat inque periclis Dirigat incertum.	645
Deus	veluti iam saepe fideli Polliceor populo, promptas conatibus aures Laxo tuis.	
Alb.	veniam et rebus non asper egenis Subveniam.	

### Scena tertia

Albertus, Caletum

Alb.	mox moesta tuos solabor agonas, BELGICA; sed quidnam video? quae clausa viarum Compita monstra tenent? prius haec vincenda, deinde Solvam vincla tibi, vinclis indigna ligari BELGICA. quisnam hic est Neptuni proximus undis Triste supercilium tollens?	655
Cal.	sum forte CALETVM. Oceanum prope colle iacens sublimius alto. Me neque liligeri Sequanae prope littora Reges Nec domuit freta longa potens domuisse Britannus. Albion in volucres iuga derivata Pycardos Miserat, Armoricasque timebat Gallia vires, Non tamen ulla dies potuit constante CALETO,	660

Non annus potiore die nec Olympias anno  
Nec per Olympiadum nascentia secla recursus  
Martia victori carpenta tulisse Gradivo.  
Tu quoque si tentes, nisu tentabis inani  
Icciacos portus invadere.

Alb. faxo periculum, 670

Expedio pugnam.

faxo periculum,

670

Certamen

nostris te subjice tandem

Saucjus imperijs.

Cal. facilis subiecero.

### **facilis subiecero.**

## Scena quarta

Ardrea

Ard. quidnam?  
Quid video? Mavorte potens opibusque CALETVM  
Cesserit Austriaco? quae non potuere Britanni  
Liligerique Duces sibi subdere maenia, Ductor  
Subdidit Austriacus? nec propugnacula bellis  
Horrida nec Pater Oceanus, qui proximus urbi  
Imminet, hanc potuere suis avertere cladem?  
Ergo quando fugae nec opis spes ulla relicta est,  
Arbitriis me credo tuis, Dux inclyte.

## Scena quinta

Albertus, Hulsta

Alb. monstri

Quid video?

monstri

Hulsta ego sum fama notissima, Romam  
Et Latij pertesa caput traho libera vitam.

Alb E. Zan pertusa caput trans nosca vitam.  
Si sanis Austriae aditum permitte triumphis

Huius: Si sapientia Austriacis adhuc perimitate triumphans.  
Huius: Si sanjam Austriacum munitis maenibus hostem

**Huius** si suplani, **Austracum** manitis **macine**  
**Depulero**, non sic libertas aurea cedat

685

Alb.	Experiar: superos quid sit tentare, docebo. Parcere militibus stultum est, ubi sanguine nobis Gloria venalis, venale est morte tropaeum. <i>Configitur.</i> Subiicere infaelix.	
Hul.	haec est violentia, cogor.	
Alb.	Et falsam depone cutem fideique Latinae Da nomen renovata tuum gladioque deinceps Tuta meo depelle hostem, qui maenibus instat Multus ubique tuis.	690

## Scena sexta

Albertus

Alb.	Vi via facta aditumque feroci Invenit dextera ferro, Dexterior quaeque inspectantum Obtutus spectra timebant, Quae nulli cecidere, cecidi. Bene vertit, quae omnia vertit, Cuncta revertit, sors omnipotens Et sorte bona melior Deus.	695
	ARDREA CALETVMQVE unius Sortitae luminis usum, Vtraque FRANCO subiuga Regi Nostris est visae triumphis.	700
	Nostris est visae triumphis. Aggressus tandem male faustam Variis ambagibus HVLSTAM; HVLSTAM, cui Deus auricomum caput Stygios mutavit in angues -	705
	Tantum est ter veneranda profano Vitiari crimine fana! -, Invasi, evasi, licet illa tot In saxum verterit hostes.	710
	Contudit harpyam istam ista harpe Et vinctos contulit angues. Harpe maiorum illa meorum, Maior quam portio mundi	715
	Vtriusque, satis noverit et satis. Illa, illa beatior HVLSTA,	

Pietatis amorisque memor mei,  
Decus immortale loquetur  
Scuto inserta meo, quae cuncti  
Timeant monumenta videntes.

### Scena septima

Albertus, Deus

- Alb. Vincula iam superest, quae vincivere tot annis,  
Vincere funestosque manu praescindere funes.  
Sed te pontus habet pedibusque ignara periri  
Marmoris unda tenet. proch, queis se fluctibus aequor  
Erigit! incertam scopulosa Ceraunia mentem  
In diversa trahunt imoque a vortice crudos -  
Horresco aspiciens - eructat Scylla latratus. 725  
Quid faciam? piscosa homini spelaea negatum est  
Tangere, te piscosa extra spelaea negatum est,  
Tangere, quid faciam?  
fer opem, Deus optime, cuius  
Vnius imperio Belgi<s> Dux impero terris.  
Pande viam, liceat liquidos transcendere fluctus  
Et rapta indignas praeda deludere fauces. 730
- Deus Audio iustum, ALBERTE, precem. scopulosa vereris  
Aequora squamigerumque domos hominique negatam  
Ire viam; quae iussa dabo, fac, mente recondas.  
Est patriae bene nata, pio bene nata parenti,  
ISABEL, et gestis et stirpe et nomine CLARA. 735  
Hanc lateri comitem adde tuo lateque furentem  
Ferre per oceanum; tuto hac subvectus, hiantes  
Sub pedibus ridebis aquas turbasque nocentes  
Disturbans, medium facies per inane latrantem  
Tutum iter ad scopulum, crudus qui vertice summo  
Stantibus exstat aquis, operitur ab aequore moto. 740  
Huc ubi devenies, falcatam cautibus harpen  
Obiice et ultrices ferro distinge catenas  
Iniectamque tuo, coniux o Regia, collo  
Effer et antiqua fac libertate potiri.  
Alb. Obsequar adducensque decus telluris Iberae,  
Oceani superabo minas fluctumque sonantem, et,  
Belgica virgo, tuos virgo reparabit honores. 745  
750

## Scena octava

### Belgica

- Bel. O quantum Austriaco debet flos Belgicus horto! 755  
 O quantum Hispano Brabantica praedia Regi,  
 Cuius opes et opem toties fastidiit, impos  
 Mentis, inops animi benefactique immemor omnis.  
 Ille quid? haud quaquam pietatem oblitus avitam,  
 Quaque pater sobolem licet irritatus amatam 760  
 Prosequitur, fovit gremio, regalia egenti  
 Nutrimenta dedit sceptroque assueta tyranni  
 Dextera, serviles sese proiecit ad actus.  
 Sensit ALEXANDRVM Stygiis excita cavernis  
 Pestis et imparibus didicit concurrere signis; 765  
 ERNESTO arrisit placido Concordia vultu,  
 Ernestum vidit, invidit nescia Parca  
 Parcere laetarique vetat lachrimabile lethum.  
 ALBANVS fuit et nostris decus addita terris  
 MARGARIS, Augusta numerans ab origine patres 770  
 Et proavos notumque in plurima saecula nomen.  
 Ductoresque alii, quos BELGICA terra triumphis  
 Dives alit, venere pii ad mandata PHILIPPI.  
 Nec satis unam, unam, quae fax telluris Iberae  
 CLARA fuit, sobolem patria descendere terra 775  
 Non negat et miserae Belgarum occurtere sorti,  
 O faelix, o Austriaco sub principe faelix  
 Belgica prae reliquis, quas sors premit improba, terris!

## Scena nona

Belgica, Albertus, Isabella

- Alb. O virgo, o istis nequaquam digna catherinis,  
 Sed quibus inter se sancti iunguntur amantes. 780  
 Solvere turbarumque chaos fluctusque perennes  
 Desere, materiem luctus luxumque repelle.  
 Te, te desponsabo mihi propriamque dicabo,  
 Ornatus reddam veteres solioque reponam,  
 Eripiam, rapuit quae vis violenta furorque 785  
 Martius et nulla pestis satiabilis ira.

## Scena decima

Belgica et Status

- Bel. O libertatem? quam dulce est dicere servae  
 Libertas, quae sera tamen respexit inermem.  
 Candidior, vix me capit insperata voluptas.  
 Quo feror? aut ubi sum? primas exsolvere grates 790  
 Convenit authorique Deo superisque secundis;  
 Vos, proceres, reducem primum salvete Deoque  
 Dicite solennes solitis concentibus hymnos.  
 Dicite, magna Dei manus est nec deserit unquam  
 Progeniem genitor nec, quam premit, opprimit unquam. 795

## **Chorus Actus quarti**

Narratio

*Paranympho et pronuba praeuntibus proditur. Andromeda Perseo in manum data.  
Phineus indignatus, bellum indicit.*

- Ch. Hymenio, hymenae, hymen ades, o hymenae,  
Perseus Andromeden sociat sibi.  
Respice, Phineu:  
Desponsata tibi peregrino it subiuga sponso.  
Arma move, conscribe Duces, 800  
Sonet inscia turbas Regia  
Inauditumque epulis taratantara.  
*Certatur utrimque varie.*  
*Capite Gorgoneo viso diriguere hostes. laurus victori data. nuptae claves datae, uncti postes, allatus mundus muliebris, nuces cum floribus sparsae, cum cantu ceditur.*

Cedite victori palmam,  
Concedite laurum  
Corpora caesa suam et muto confinia saxo. 805  
Nupta subi thalamos,  
Succede penatibus uxor;  
Spargite cum nucibus flores  
Et carmen, ephaebi.  
Hymenio, hymenae, hymes ades, o hymenae. 910

## Actus quartus

### Interventu confoederatorum rebellium

<i>Alberto Belgae creduntur, novita non sic.</i> 'Nos quoque Belgae', inquit, 'Battava turba sumus.'	811-826
<i>Quis? DVX ALTVS? quid? BEAT. ecquae? Belgica RVRA?</i> SIC decet, exiguis rebus adesse Iovi. (Anag.)	827-842
<i>Liber vult esse, hoc praetexit nomine culpam:</i> Credite, nulla caret noxa patrocinio.	843-861
<i>Attentasse ferunt regnum caeleste Gygantes,</i> Attentare ferunt Austriacum Batavos.	861-879
<i>Cassida melligena posthac habitate, volucres.</i> Bellatum satis est; pax prope, bella procul.	880-888

## Scena prima

Albertus, Isabella

Alb.	Desere triste malum, luctus compesce voraces, Belgica, et invitata novo cape gaudia plausu. Aspice consueto vinctam diademate frontem, Consuetum decus et, tibi quam divina voluntas Restituit sedem; iam multo tempore vivax Nestoreos imitare dies positoque tumultu Incipe pacata tandem considere terra.	815
Isa.	Surgite: iungamus thalamos foedusque perennis Connubiale thori.	

## Scena secunda

Batavus, Sycamber, Confoederati

Bat.	quid cernimus? anne priori Desponsata mihi et devota celebris actis Belgica, dat dextras homini, qui lege Latina Ducitur et nostram volet ad sua verba choraeam	820
------	--	-----

	Fingere et ablata nos libertate domare? Non ita cedendum Latio Romaeque tyrannum Exaudire decet, nec dum primaeva recessit Pectore vis, quae quondam omnes in cruda vocabat Praelia, et huic animis obstare audacibus aequum est. Dicite, praestantes Batavi veteresque Sycambri, Pandite, quaenam animo sedeat sententia.	825
Syc.	certe Maturare opus est, si consentimus in istud Auspicium sceptri, servos nos esse fatemur. Ergo et eodem opus est consensu et viribus iisdem Arma movere, manum conferre et milite missو Excutere immites generoso vulnere frenos.	830
Conf.	Sic decet: Austriaco bellum legatus et arma Nunciet. interea nos cum ditionibus huius Mentis in arma virum cogemus fortia turbas. Haec, tubicen, mandata refer.	835

### Scena tertia

Tubicen, Albertus

Tub.	negat, Austrie princeps, Battavus hoc tolerare iugum, quod niteris; arma Indicat, indicit bellum.	
Alb.	si indicit, habebit, Qui bellum gerat et patrium tueatur honorem. Haec responsa refer.	840

### Scena quarta

Albertus

Alb.	bellum? tristissimus ille Nuncius, hei, nimium male sanas vulnerat aures. Quid faciam? pacem conor, contraria paci Cogor ad arma, tamen durabo et rebus in arctis Obiectabo caput. dulce est pro sospite Patrem	845
------	---	-----

Morte mori patria. sed enim vivit Deus, ille,  
 Qui dedit Hulstanam rabiem superare, frementi  
 Qui dedit evasisse freto vinctamque reduci.

### Scena quinta

Albertus, Confoederati, <Batavus>, <Sycamber>, Ministri

- |       |  |     |
|-------|--|-----|
| Alb.  | Cedite, foedifragi; suprema haec nuncia sunto.   | 850 |
| Conf. | Qui Regem Hispanum propriis spoliavimus oris,<br>Cedemusne Duci? non sic nos dedimus, absit.<br>Ad natale solum pro libertate tuendum<br>Pectora sunt eadem nobis animique viriles:<br>Fortiter hic, socii, pugnandum; occumbere letho<br>Est animus. certate, viri, Martemque ciete.<br>Non adeo has exosa manus victoria fugit.<br>Cedite victrices clypeos Hulstaeque recissum<br>Periura ab cervice caput. | 855 |
| Alb.  | contendite visu,   |     |
|       | Sic ego; vos iam, si sapitis, submittite ferrum.   | 860 |
| Bat.  | Dirigi.  |     |
| Syc.  | obstupeo.  |     |
| Conf. | proh, quae constantia!   |     |
| Bat.  | quae vis!  |     |
| Syc.  | Vincimur.  |     |
| Conf. | emeritam victori cedimus herbam.   |     |
| Alb.  | Ergo firma novo promittite faedera iure<br>Et iurate fidem.  |     |
| Conf. | iuramus, Belgice vitor,<br>Ludere quam non ulla queat nec laedere pestis.  | 865 |

### Scena sexta

Albertus, Isabella, Belgica

- Isa. Quantum, hostis devicte, iaces; iam, Belgica, terras  
 Accipe magna tuas capitique impone coronas.  
 Accipe nunc, ALBERTE, tuam, illustrissime, Nympham

- Et Dux Brabantia magnus regione vocare.  
 Serviet ipsa tibi comitatu Flandria magno,  
 Et Batavo tua iura dabis, veteresque Sycambri  
 Subiicient sua colla tibi, reverebitur omnis  
 Gelder et Arthesio dives cum rure colonus  
 Oceanoque potens Zelandi littoris arvum;  
 Quaeque Duces magni et Comites tenuere vetusti,  
 Solus habe, tibi Mosa patet Rhenusque bicornis  
 Colla dabunt, tua iussa feret ad proxima Scaldis  
 Regna Tridentiferi Patris, Ixius ipse recedet  
 Portus ad Armorici littus solenne tyranni.  
 Et dicet, faelix ALBERTO principe vivat  
 Belgica, dispersaeque suis cum civibus urbes  
 Ditescant, videat Saturni saecula dives  
 Omne solum pacemque novam.
- 870
- Alb. at tu, Belgica, deinceps  
 Tam diris edocta malis emensaque vastum  
 Bellorum pelagus, syrenes blandaque luxus  
 Luxuriaequa mala et scopulos iam cauta minantes  
 Declina ulterius faustis neque difflue rebus.  
 Belg. Admonitis parebo tuis, iustissime vindex.
- 875
- 880
- 885

## **Chorus Actus quinti**

## Echo duplex

## *Trifariam partitus 12. Musicorum*

Ch.	Vivat faelici cum coniuge Perseus ille, Qui sic <...>		889
Echo	ille quis hic?	a	
<Ch.>	ille quis hic?	b	
Echo	is hic.	c	
<Ch.>	Belgica virtutis cui praemia laus tria donat, <...>		891
Echo	Austria donat.	a	
<Ch.>	Austria donat?	b	
Echo	tria donat.	c	
<Ch.>	Quid? tanto tantum tria praemia? somnia forte, <...>		892
Echo	omnia forte.	a	
<Ch.>	omnia forte?	b	
Echo	a forte.	c	
<Ch.>	Omnia cum faveant Alberto, restat eidem <...>		893
Echo	idem plaudamus.	a	
<Ch.>	plaudamus.	b	
Echo	laudamus.	c	
<Ch.>	At tu, quae toties plaudentum percutis aures, Plaudito principio.		894
Echo	incipio.	a	
<Ch.>	incipio.	b	
Echo	io.	c	
<Ch.>	Visa quis a Belgis tollet Belgis invisa <...>		896
Echo	Isabella.	a	
<Ch.>	bella, Isabella.	b	
Echo	bella.	c	
<Ch.>	Huic mala concedat, concedat turba rebellis <...>		897
Echo	bellis.	a	
<Ch.>	bellis?	b	
Echo	lis.	c	

<Ch.>	Lis procul esto; etenim litem concordia pellat.		898
Echo	dia pellat.	a	
<Ch.>	Dia pellat?	b	
Echo	appellat.	c	
<Ch.>	In portu ergo opus est laeti clamoris <...>		
Echo	amoris.		899
<Ch.>	amoris.	a	
Echo	moris.	b	
<Ch.>	Et canere, ut pelago qui portum intravit ab alto		900
	Navita, io.		901
Echo	ita io.	a	
<Ch.>	ita io.	b	
Echo	io.	c	
<Ch.>	Haec, dic, qualis erit regio?		
Echo	io.	a	
<Ch.>	tum Belgica qualis?		902
	Dic, cupio.		
Echo	io	a	
<Ch.>	qualis lux Belgio?		
Echo	io.	b	
<Ch.>	ab Auchiduce Austrio?		903
<Ch.>	Nil aliud nosti quam plaudere carmine dio.		904
Echo	io.	a	
<Ch.>	Ergo et io resonet, duplicitur cuncta per arva <...>		905
Echo	valete.	a	
<Ch.>	lete.	b	
Echo	valete.	c	
<Ch.>	valete.	d	
Echo	lete.	e	

## Actus quintus

Veritas de caelo orta est et Iustitia de caelo prospexit. <i>Reddit Aliitheim terra, Astraeam astra remittunt;</i> <i>Quidnam est portentum, si hoc non est?</i>	906-924
<i>A corde et Dis est Discordia dicta, quid inde?</i> <i>Qua Ditis est, Ditem petat.</i>	925-945
Epitaphium Discordiae <i>Rosique rasique altaque fui, dum fui;</i> <i>Nunc rodor et rador vicissim, sed humilis.</i>	946-964
Albertus alter Hercules <i>Ecce, Hercules; Hydra, fuge, ni malis malum.</i> <i>Frustra rebelles hic minuet ulti minas.</i>	965-984
Albertus Marti Mors <i>Caedere, Mars; iussus sedeo, iussusque recede,</i> <i>Ni vis, Mars rubens, pallida mors fieri.</i>	985-1004
Post nubila Phaebus <i>Lustrat splendidior terras post nubila Phaebus,</i> <i>Pax procul expulso Marte vocata redit.</i>	1005-1024
Iustitia et Pax exosculatae sunt. <i>Pax et Iustities suaviatur,</i> <i>Suavium o tibi, Belgica, suave.</i>	1025-1046
Daemonis fuga <i>Vicere Austriaci vinxereque, quos ego; sed iam</i> <i>Cedere quam caedi praestat, abibo igitur.</i>	1047-1064
Caeli Belgici Atlas <i>Avertens Belgis contraria fata, labantis</i> <i>Hic Atlas Patriae servat, unus erit.</i>	1065-1078

## Scena prima

Veritas sola concordiae tubis armata et basi fortitudinis

Ver.	Quid audio? pacata sintne Belgica? Rursusne dabitur in mea Pedem referre limina? annis plurimis Penitissimo latui penu, Titana nec vidi nec huic vicarias Lunae faces. audebone? Solare lumen, lumen aufert noctuae. Hactenus ovantes buccinas Et mixta lituo audire soleo tympana,	910
------	---	-----

Concurrere acies, sanguinis Rivos fluere, per mille caedium vias Charontis invadi locum. Nil audio. pacata suntne Belgica? Caeco pedem efferam specu. Et sicubi vecordes latent discordiae, Si quem haeresis habitat locum, Ferroque et igni punietur nec dolos, Vt ante suevit, insciis Texet suorum civibus molimum.	915
	920

## Scena secunda

Veritas, Discordia

Ver.	En, caput invisum; nocti sese implicat atrae. Trusura immites ad Phlegetontis aquas, Aggrediar. quid caeca colum colis? haud secus ac si Extremo metuas spem tibi stare loco? Quaenam aconita molis? rursus moliris in oras Ore lycambaeo surgere Belgicas?	925
	Lurida corroso quid rodis pollice pensa? Quidve terunt digitos lurida pensa tuos? Quid meditaris? at in medium iam prodita prodi, Iam cade, teque lues multa cadente cadat. Scindere concissa gaudens Discordia palla,	930
	Et tua frusta canes dilanianda legant. Siccine me terrebit anus? flebone ut inultus, Quem Patris ad lachrymas vox vocat una, puer? Scilicet, anne Patri frustra sum parta Virago?	935
Dis.	Vires et virus quid queat, anne latet? An frustra veteri vestem rubigine tectam Livida Livoris coniugis arma geram? Affinisve doli nequicquam mutua gesto Retia? quasque dedit torva Megaera faces?	940
	Experiere: scies, quid fax Plutonia possit; Quid queat Invidiae Pax inimica, scies.	945
Ver.	Impia progenies, quid inania murmura volvis? Iunctane desiungi spicula posse putas? Spicula lethaeis nequaquam prompta pharetris, Spicula discordi tintcta nec uncta dolo.	950
	Sed, quae caelesti mihi sunt celata metallo	

Quaeque dedit, sanctum qui dedit omne, Deus,  
 Experiere: scies, quid pax Titania possit;  
 Et quid non possit fax inimica, scies.  
 Occide et his excors iaculis, Discordia, cordis  
 Evome, quicquid habes.

955

Dis. proh! scelus! ah, rabies?  
 Irrita fax nimium, nimium irritata sinistro!  
 Dextera concursu, dextera dextra nimis!  
 Proh, Furiae! furor - ah! -, mortes, Martes, crux, enses!

Ver. Hoc mors Marte venit, hoc venit ense crux.

960

### Scena tertia

Veritas, Discordia, Haeresis

Dis. Haeresis, heu, haeres! proh, solam sola relinquis?  
 Si tua cunctantis sit mora, demorior.  
 Emorior, Furiae, morior; Styx sorbeat ima  
 Indignantem animam.

Ver. sorbeat, emorere.  
 Emorere et Stygiae mea non ridenda Megaerae  
 Facta refer, factis numen et omen inest.  
 Si quae pestis adhuc Belgas in bella vocarit,  
 Illam ego.

Hae. quid Furias audio? quid Furias?  
 Maternas agnosco faces gemitumque parentis  
 Horresco et gelidus pectora sudor habet.  
 Quid video exanimis resupino pectore vultus?  
 Ten' sopor aut noctis sopiait alta quies?  
 Erigere aegra animi, lux est; agnosce, furentes  
 Quid Furias deceat flammivomasque faces.  
 Mentitane igitur Discordia voce vocaris,

Nil discordis habens?

Ver. bellua, cede Deo;  
 Bellua, cede Deo. sedeant septemplicis hydrae  
 Quamlibet in collo vivida colla tuo.  
 Hoc, hoc pondere sterno caput.

Hae. vah, improba, non sic  
 Sanguine nata novo. caetera colla cadent.  
 Quandoquidem genitrix animam proiecit in auras,  
 Iure animus natae concidit inde mihi.

965

970

975

980

Vertam terga fugae, quo me via ducet in orbem,  
Meque expers oneris experietur honos.

### Scena quarta

Veritas, Mars, Pax *cornu copia instructa et oleae virgultis*

Mars	Vah, impotentes quo trahimur? cui Porrexit herbam Styx domino? cui? Sic inclytam provinciarum Deserimus faciem potentum? Sic praeda fauci praeripitur meae? Sic praeda orexim luserit haec meam? Nec illa, multo quae tumultu Ima solet male sana summis Miscere, discors dira; nec illa, quae Discordiarum pone sequi solet Proles parentem, quam vocatam Haeresin, hei, male dimicantem! Concordiae una contudit unitas. Domare possunt? sic Stygis agmina Agentur? et de plebe tanta Tam facilis canitur triumphus?	985 990 995 1000
	Ibo et, quid artis, si modo, Mars habet, Vindicta crimen prima premet suum. Ille ensis, ille mucro caesae Expiet inferias sorori.	
Ver.	Consiste, gressus comprime, sta citus, Quicunque sis. Pax alma, soli decus, Poli voluptas, fer citatum O toties repetita gressum.	1005
Pax	Adsum supremis edita sedibus, Opum creatrix. pauperie procul Terris fugata, iam Gradivus Deposita gradietur hasta. Istis flagellis subiice virium, Quodcunque virtus conciliat tibi. Abi celer, qua inhospitales Turcus agit populos in arma. Abi, gravatur maesta tuo pede Tellus, specus bacchare per inferos Amnemque notum et luctuosи	1010 1015

1020

Terribiles Acherontis undas.  
 Nec ulla posthac te videat dies  
 Ludum insolentem ludere Belgio;  
 Abi celer, peiora ni vis  
 In caput ire tuum pericla.

### Scena quinta

Veritas, Iustitia, Daemon, Belgica

- |       |   |      |
|-------|---|------|
| Iust. | Ergone iam speciosa specus Dea vera relinquis?<br>Titanique tuo conspicienda redis?<br>Ergo tua manet ulta manu furialis Erynnis?<br>Belgiacosne potes deseruisse sinus?<br>Tu quoque, Pax, pacisque capaci copia cornu,<br>Pro bello bellas suppeditabis opes?             | 1025 |
|       | Mars fugit elusa cum paupertate, timensque<br>Haeresis occisa cum genitrice fugit;<br>Belgica nunc fastum fastidiit icta suisque<br>Dedidicit nimium fidere divitiis.   | 1030 |
|       | Ergo castigabo moras gressuque citato<br>Depellam reliquas propria ad antra lues.<br>Aggrediar scelerum Patrem celer, improbe, prodi<br>Liberaque antiquo subiice colla iugo.   | 1035 |
| Daem. | Mene, Astraea, vocas?   |      |
| Iust. | revocat te dextera ad aequor  |      |
|       | Aequa Dei, rectum qua via pandit iter.<br>Vade, invade Stygis penitus penetralia, paenas,<br>Vltricem dextram quae tueantur, habe.<br>Pestifera tandem pulsa contagie, sorores<br>Ne lue qua posthac Belgica pressa luat,<br>Nostrorum oppositu laterum claudamus utrumque, | 1040 |
|       | Illi non noceant semina sparsa, latus.<br>Aggrediar, celso qua Regia surgit Olymbo;<br>Pergite vos gressu, me praeeunte, pari.  | 1045 |

## Scena sexta

Veritas, Iustitia, Belgica, Pax

Iust.	Belgica, num faciles trahis imo a pectore somnos? Belgica, responde: tua te, quam saepe vocasti, Pax, tua, quam toties votis, Astraea, petisti, Nominat, exaudi.	1050
Bel.	Pax? fallor? an audio nomen Astraeae? Divae, quibus advenistis ab oris Squallentes ad caede domos patriaeque ruinam?	
Iust.	O Nympha, o dilecta Deo et gratissima caelo, Vicisti victore Deo; tua sydera vota Audivere, tibi tandem solatia pressae Adferimus: defaecata animum vultumque serena, Nubila diffugiant Phaeboque dieque reducto.	1055
Ver.	Hoc ego concordi Discordia colla repressi Fasciculo Haereseosque caput cervice revulsum Calcavi et mutilam dare turpia terga coegi.	1060
Pax	Pax ego Mavortem cum paupertate fugavi, Vt Solimannaeas populetur iustior urbes.	
Iust.	Tartareum Regem tenebrosa in Tartara misi, Invaso expulsum solio frustraque minantem. Haec mea Iustitiae laus est, accepta Tonanti ALBERTOQVE accepta Duci.	1065
Pax	hic ille unicus, hic est Anchora fluctivagae ratis, hic est Belgicus Atlas. Hic patriae infracta exceptit cervice ruinam.	1070
	Hic semesa feris traxit de faucibus Orci Oppida, calcatis antiqua in sede locavit Virtutes Furiis, rediit vis vivida vivis.	
Ver.	Vnanimis ergo ALBERTO Patriaeque Parenti Consortique thori meritas grates ISABELLAE	1075
	Cantantes, sublime feramus in aethera nomen: Plaudite io, ALBERTE, io, io, ISABELLA.	

## Chorus Musicus

*Alternativi respondens*

Ch. Plaudite io, ALBERTE, io, io, ISABELLA.

## **Epilogus**

Audistis et vidistis et satis, ut puto,  
Intelligere potuistis, audientium  
Spectantiumque concio, quid Cepheus,  
Quid Andromeda, quid Perseus sibi voluerint;  
Nempe unius statum referre Belgii,  
Qui fuit et est et erit sub his Ducibus novis.  
Queis ut secundus semper afflet Iupiter,  
Precor. nihil iam restat amplius, puto,  
Quam vos ut ad commune gaudium vocem  
Et ad ferendas gratias magno Deo,  
Qui nos ab his eripuerit tandem malis.  
De caetero valete, quamque gaudii  
Testem sui Comoediam FALCO dedit,  
Consulite et aequi et, si placuimus, plaudite.

1080

1085

1090

<Finis>

## Hinweise zur Textgestaltung

Zugrunde liegt die Ausgabe von 1600 mit einer an ihr Druckbild gebundenen Präsentation des Textes: Als Seitenüberschriften gegebene Zweizeiler wurden hier vor den Akten gesammelt und mit den Verszahlen ihrer ursprünglichen Seiten abgedruckt. Für das unübersichtliche, uneinheitlich gestaltete und damit problematische Chorlied vor dem 5. Akt wurde der vorhandene Wortlaut beibehalten, nicht aber der Druck mit über die Verse gesetzten Echos. Der nicht eigens markierte Chor wurde jeweils als Sprecher ergänzt, ebenso dort '...' als Hinweis auf dessen noch unvollständige, durch das Echo unterbrochene Gedanken (891, 892, 893, 896, 897, 899, 905). Die hochgesetzten Echos wurden nachgestellt; die Verszählung wurde auf die Hauptverse des Chors bezogen, die davon abhängigen Aufnahmen als *a*, *b* usw. gewertet. Angesichts der Ankündigung eines doppelten Echos wäre wie in der Natur eine doppelte Wiederaufnahme zu erwarten (Chor, Echo, Echo). Dem widersprechen aber eindeutig gedruckte weitere, hier dem Chor als fragende Aufnahmen bzw. Reaktionen auf das erste Echo zugewiesene Wörter (890b, 892b, 897b tatsächlich mit 'Fragezeichen'; 891b, 898b entsprechend ergänzt). Dem ursprünglichen Druckbild nach scheint es so, als ob das Echo dreimal gegen seine Natur eigenständig in das Chorlied eingreift und den Chor zur Erwiderung anregt, ja einmal sogar den entscheidenden Namen Isabella vorgibt (893a, 896a, 905a). Alternativ wäre gegen das vorliegende Druckbild direkt nach 893, 896, 905 *plaudamus, bella, lete* von 893b, 896b, 905b zu ergänzen bzw. zu übernehmen und zudem 905 ein Echo *valete* zu streichen.

Nicht zugänglich war mir die Edition von I. Schunzelaar, Leuven 1972 (unveröffentlichte Licenzproefschrift).

Die orthographischen Eigenheiten des Originals wurden nach Möglichkeit beachtet. Orthographie und Interpunktions wurden jedoch überarbeitet und vereinheitlicht. So wurde stets gedruckt *i* für *j*, *v* für konsonantisches *u*, *u/V* für vokalisches *u/U*, *ss* für *β* sowie *Astra-* für *Astre-* (1053), *author* für *auctor* (791), *Caetus* für *Cetus* (v588), *-faelix* für *-foelix* (460, 669-681), *Jupiter* für *Iuppiter* (575, 1085), *paena* für *poena* (416, 562), *Phaebus* für *Phoebus* (1005-1024), *saecula* für *secula* (771), *solenne* für *solemne* (879), *Stygiis* statt *stigiis* (466), *syd-* für *sid-* (187) und *ergon /viden /ten*' für *ergon/viden/ten* (505, 556, 560, 972).

Groß geschrieben wurde: *Deus* (342, 355, 443, 484), *Divus/-a* (71, 225, 438, 462, 468, 479, 500, 517, 526, 551), *Dux/Ducatus* (209, 221, 264, 459, 675), *Furia* (426-442, v426, 467, 963, 1073), *Pater* (479, 677, 846, 938), *Styx* (466, 764, 963, 965, 986, 998, 1041) sowie 71 *Nympha*, 110 *Charitum*, 207 *Regibus*, 318 *Ibero*, 380 *Attico*, v426 *Livoris*, 426-442 *Dirae*, 473 *Sitis*, 475 *Discordia*, 479 *Rex*, 489 *Discordia*, 495 *Ditis*, 500 *Dalmatico*, 528 *Regina*, 545 *Paupertas*, 546 *Haeresis*, v553 *Status*, 626 *Regibus*, 662 *Britannus*, 675 *Ductor*, 682 *Latii*, 730 *Scylla*, 766 *Concordia*, 767 *Parca*, 821 *Latina*, 946 *Invidiae*, 946 *Pax*, 955 *Discordia*, 1065 *Tartara*; klein dagegen: v107 *familia*, 138-161 *proavos*, 287 *iaspide*, v426 *sanguineo*, 481 *bellice princeps*, 661 *liligeri*, 715 *angues*, 771 *proavos*, 795 *genitor*, v796 *bellum*, 879 *tyranni*, 880 *principe*, 966 *numen*, 966 *omen*, 967 *bella*, 981 *genitrix*, 986 *domino*, 987 *provinciarum*, 1054 *patriae*, 1056 *victore*, 1070 *patriae*.

Im Darstellerverzeichnis wurden *Famuli duo*, *Batavus*, *Sycamber*, *Confoederati*, *Tubicen*, *Ministri*, *Chorus* ergänzt und *Ardrea* statt *Andrea* (vgl. 669-681, v672, 702), *Cymodoce* statt *Ciimodoce*, *Phorcides* statt *Rhorcides* geschrieben. Im Prolog wurden die Überschriften ... *Dramatis Argumentum* und die Nennung der Sprecher vertauscht. Die Reihenfolge der Darstellernennung vor den Szenen wurde geordnet statt 1,2 *SBF*, 1,3 *SB* (mit Ergänzung *duo*), 2,4 *DaemDis*, 2,5 *DisMPBDaeH*, 3,9 *IAB*, 4,6 *IAB*, 5,3 *DVH*, 5,4 *MVP*, 5,5 *IVBD*, 5,6 *IBVP*; ergänzt wurden Chor 3 alle Sprecher, 4,5 *Batavus*, *Sycamber*. Die als ungewöhnliche Szenenüberschrift wirkende Formulierung 5,4 wurde als Regieanweisung auf *Pax* bezogen. Zur Einleitung der Chorlieder wurde *Chorus Actus primi, secundi, tertii* statt *Primi Actus usw.* verwendet.

Drei zusätzliche metrische Hinweise im 1. und 3. Akt seien hier nachgetragen: 119 *Dicolos distrophos. versus prior senarius, alter quaternarius iambici*, 589 *Dicolos distrophos. versus prior Acatalecticus, alter catalecticus, uterque Anapesticus*, 619 *versus haeroici*.

- 109    *expers* statt *eypers*
- 228    *Status II.* statt *Status I.*
- 229    *Status I.* statt *Status II.*
- 298    *cervicem* statt *cernicem*
- 308    *tibi* statt *ribi*
- 319    *Hermusque* statt *Hermuqsue*
- 429    *perenni* statt *perrenni*
- 443    *indigites* statt *iudigites*
- 477    *lascivire* statt *lascinire*
- 504    *Nympham* statt *Niimpham*
- 519    *furentum* statt *furenrum*

536	<i>cerno</i> statt <i>ceruo</i>
541	<i>subiectas</i> statt <i>subiectas</i>
542	<i>vocabar</i> statt <i>vocabor</i>
546	<i>Nymphae</i> statt <i>Niimphae</i>
551	<i>insulat</i> statt <i>insular</i>
554	<i>Stat. I.</i> ergänzt
v582	<i>submovet</i> statt <i>submonet</i>
617	<i>suis</i> statt <i>suos</i>
626	<i>augustis</i> statt <i>Angustis</i>
v630	<i>Scena secunda</i> statt <i>SCENA III</i>
636	<i>ulciscente</i> statt <i>uliscente</i>
733	<i>fer</i> statt <i>eer</i>
734	<i>Belgis</i> statt <i>Belgi</i>
779	<i>Alb.</i> ergänzt
v796	<i>pronuba</i> statt <i>pro nuba</i>
v803	<i>mundus</i> statt <i>mundns</i>
859	<i>Alb.</i> statt 858
890	<i>sic ...</i> statt <i>sic?</i>

sowie 138-161 *proavos* statt *pronaos*, 162-185 *proavos* statt *proavor*, 518-533 *Lysimachum* statt *Liisimachum*, 811-826 *Battava* statt *Battana*, 827-842 *exiguis* statt *exiguit*, 1065-1078 *servat* statt *nervat*

'Komma' gestrichen vor *et, atque, -que, neque, nec, aut, vel, -ve, an, quam* u.ä.: 5, 24, 41, 48, 50, 61, 63, 63, 63, 65, 68, 68, 71, 73, 75, 80, 90, 93, 96, 102, 107, 135, 143, 145, 146, 148, 157, 157, 160, 165, 171, 173, 175, 183, 184, 187, 201, 217, 235, 239, 259, 260, 282, 303, 310, 316, 317, 318, 319, 324, 326, 334, 342, 352, 353, 359, 369, 376, 379, 380, 382, 396, 402, 428, 431, 440, 443, 449, 450, 455, 463, 470, 473, 474, 482, 500, 501, 502, 502, 503, 512, 518, 527, 531, 562, 567, 572, 572, 574, 574, 575, 584, 620, 622, 640, 641, 647, 650, 661, 666, 666, 677, 679, 690, 691, 694, 696, 714, 725, 726, 729, 738, 738, 741, 742, 744, 751, 753, 758, 762, 765, 768, 771, 776, 781, 781, 783, 784, 785, 786, v787, 791, 792, 794, 795, 801, 805, 808, 814, 816, 818, 822, 823, 824, 828, 833, 841, 849, 854, 858, 863, 867, 868, 873, 873, 875, 876, 883, 884, 885, 885, 886, 887, 910, 913, 922, 950, 951, 965, 969, 970, 972, 974, 1001, 1018, 1019, 1033, 1035, 1037, 1054, 1055, 1058, 1059, 1059, 1061, 1062, 1066, 1067, 1074, 1079, 1084, 1084, 1087 sowie 232-254, 276-293, 340-359, 383-403, 503-518, 518-533, 608-629, 682-701, 906-924, 946-964, 1047-1064

'Komma' gestrichen nach: 37 *despondeat*, 60 *visis*, 120 *miserior*, 250 *caeca*, 256 *primo*, 263 *clarior*, 288 *castus*, 288 *unionibus*, 298 *premat*, 339 *crebrior*, 342 *tellure*, 353 *iubet*, 359 *alios*, 404 *sonora*, 445 *numinis*, 462 *memor*, 481 *mandata*, 619 *tuos*, 688 *morte*, 709 *angues*, 866 *terrás*, 870 *tibi*, 897 *rebellis*, 899 *clamoris*, 959 *furor*, 960 *ense* sowie 703-724 *valet*, 1047-1064 *iam*

'Komma' ergänzt: 1, 4, 17 *sinu*, 22, 28 *ecce*, 35 *caveat*, 38, 46 *hodie*, 47, 53 *eorum*, 56 *futuram*, 58, 58, 61, 64 *aequor*, 67, 67, 67, 69, 71, 71, 82, 85, 92 *interim*, 103, 103, v107 *coniunx*, 126, 128, 130 *aliud*, 158, 165, 166, 167 *erigere*, 175, 175, 181 *opum*, 186, 192 *ulla*, 205, 207, 209, 212, 227, 227, 243 *impotens*, 244, 280 *agite*, 284, 293, 293, 323, 343 *quoque*, 344, 347 *illo*, 350, 366, 366, 374, 374, 388, 394 *illud*, 398, 400 *recuperemus*, 403, 433, 433, 433, 438 *ubi*, 439, 441, 441, 441, 441, 444, 446, 446, 446, 447 *fac*, 448 *hei*, 451, 457, 457, 457, 458 *Chaldaee*, 461 *sensu*, 469, 469, 479 *extempo*, 480, 481, 481, 485, 486 *rapiam*, 489, 489, 490, 495, 495, 498, 499, 501, 511, 511, 513, 513, 513, 514, 514, 520 *fas*, 521, 524, 524, 524, 524, 526, 526, 528, 528, 533, 540, 545 *tu*, 546, 546, 546, 547, 551, 553, 555, 557, 557, 558, 560, 560, 563 *prius* *serva*, 567, 567, 568, 570, 570, 572, 575, 577 *labere*, 580, 582, 585, 587, 589 *respice*, 591 *respice*, 594, 595, 596, 600, 617, 619 *ploratus*, 619 *nata*, 625 *magno*, 629, 629, 630 *heus*, 631, 631, 632, 642, 646 *aegide*, 654, 665, 684, 695, 711, 719 *illa*, 724, 724, 727, 733 *opem*, 739, 739, 753, 753, 754, 759, 774, 774, 776, 777, 778 *reliquis*, 792, 792, 794, 795 *nec*, 798, 803, 806, 809, 811 *voraces*, 814, 821 *homini*, 828, 828, 838 *haec*, 838 *tubicen*, 840 *habebit*, 843 *hei*, 847 *ille*, 850, 855, 855, 856 *certate*, 860 *iam*, 861, 864, 864, 866, 866, 866, 868, 868, 868, 868, 875, 880, 883, 883, 888, 894 *tu*, 900, 901, 902, 902, 902a, 905, 922, 923, 925, 926, 937, 945, 947, 951, 952 *dedit*, 955, 956, 956, 957, 959 *proh*, 959 *ah*, 961 *haeresis*, 961 *proh*, 976, 977, 979 *hoc*, 979 *vah*, 985, 991, 993 *illa*, 996, 996, 1001 *et*, 1001 *modo*, 1005 *citus*, 1013, 1029 *quoque*, 1037, 1039, 1039, 1041 *paenas*, 1045, 1049, 1050, 1050, 1050, 1051 *tua*, 1051 *votis*, 1051 *Astraea*, 1051 *petisti*, 1053, 1079 *satis*, 1080, 1081 *Cepheus*, 1083, 1086, 1086, 1091, 1092 *et* sowie 138-161 *et*, 162-185 *et*, 162-185 *proavos*, 316-339, 383-403 *hora*, 443-466 *heus*, *satis*, 503-518, 534-552 *meminit*, 569-574, 569-574, 569-574, 630-650 *dignus*, 747-768 *i*, 747-768 *Fama*, 811-826 *Belgae*, 811-826 *inquit*, 827-842, 880-888 *habitate*, 965-984 *ecce*, 965-984 *Hydra*, 985-1004 *caedere*, 985-1004 *vis*, 985-1004 *rubens*, 1025-1046 *tibi*, 1025-1046 *Belgica*

'Komma' statt 'Punkt': 17 *pusio*, 25, 28 *venit*, 405, 408, 409, 415, 417, 423, 479 *rex*, 952 *Deus* sowie 360-382

'Komma' statt 'Doppelpunkt': 1044 sowie 608-629, 985-1004 *sedeo*  
 'Komma' statt 'Strichpunkt': 98 *munus*, 155, 155, 247, 248,  
 'Komma' statt 'Ausrufezeichen': 125, 151  
 'Komma' statt 'Klammer': 737, 737, 1048, 1048

'Punkt' gestrichen: 20 *Grudiae*, 53 *placet*, 226 *principe*, 254 *memoriam*, 304 *aurea*, 413 *recto*, 418 *moras*, 425 *vere*, 651 *fideli*, 681 *monstri*, 700 *omnipotens*, 900 *alto*  
 'Punkt' ergänzt: 47, 291 *tenes*, 293, 305, 416, 425, 557, 557, 577 *Perseu*, 585, v586, 586, 587  
*saevit*, 588 *nata*, 588 *salve*, 648, 736, 802, v803 *varie*, 809, 841, 857, 864, 893a, 895a, 896a,  
 897a, 898, 898a, 902a, 904, 905a, 905b, 905c sowie 569-574 *fui*, 811-826, 880-888 *volucres*  
 'Punkt' statt 'Doppelpunkt': 57, 511, 609, 1014  
 'Punkt' statt 'Strichpunkt': 26  
 'Punkt' statt 'Komma': 44, 81, 105, 282, 373, 458, 577 *exaudio*, 639, 747, 846, 847, 856, 856,  
 891a, 892a, 895, 899, 899a, 899b, 901, 901a, 901c, 925, 977, 1004, 1010, 1046 sowie 965-  
 984 *malum*

'Strichpunkt' ergänzt: 52, 542, 765, 807, 850, 860, 925, 945 sowie 138-161, 316-339, 669-681  
 'Strichpunkt' statt 'Punkt': 15, 161, 182, 202, 216, 247, 325, 397, 707  
 'Strichpunkt' statt 'Doppelpunkt': 6, 90, 114, 204, 207, 385, 463, 523, 536, 596, 898 sowie 946-  
 964, 985-1004 *sedeo*  
 'Strichpunkt' statt 'Komma': 21, 26, 30, 33, 45, 48, 78, 82, 96, 104, 141, 168, 266, 302, 314,  
 331, 352, 446, 457, 471, 478, 485, 509, 551, 561, 567, 576, 590, 599, 623, 637, 643, 649,  
 739, 743, 791, 815, 839, 866, 874, 953, 963, 973, 976, 1022, 1032, 1047, 1056 sowie 119-  
 137, 210-231, 294-315, 467-483, 484-502, 702-723, 769-788, 880-888, 906-924, 965-984,  
 1047-1064

'Doppelpunkt' gestrichen: 54 *michi*  
 'Doppelpunkt' ergänzt: 798, 818, 835 sowie 503-518, 569-574, 747-768  
 'Doppelpunkt' statt 'Punkt': 63, 312 sowie 651-668  
 'Doppelpunkt' statt 'Strichpunkt': 553-568  
 'Doppelpunkt' statt 'Komma': 29, 242, 624, 854, 945, 953, 1058, 1076 sowie 518-533, 843-861

'Fragezeichen' gestrichen: 890 *sic* sowie 827-842 *Belgica*  
 'Fragezeichen' ergänzt: 581 sowie 827-842 *rura*  
 'Fragezeichen' statt 'Punkt': 659, 898b, 1052 *Pax*  
 'Fragezeichen' statt 'Komma': 456, 790 *sum*, 891b

'Ausrufezeichen' gestrichen: 778 *Belgica*  
 'Ausrufezeichen' ergänzt: 569 *eheu*, 959 *ah*  
 'Ausrufezeichen' statt 'Punkt': 125, 128, 778  
 'Ausrufezeichen' statt 'Doppelpunkt': 516  
 'Ausrufezeichen' statt 'Komma': 959, 961

'Anführungszeichen' ergänzt: 443-466, 484-502, 569-574, 811-826

'Klammern' gestrichen: 17 *velut ... pusio*, 58 *popule mi* sowie 162-185 *ut ... proavos*

'Gedankenstriche' ergänzt: 959  
 'Gedankenstriche' statt 'Klammern': 249f., 710f., 729f.